

nium nullum est? Denique ut cetera, que scriptoribus necessaria esse diximus, convenient, sit sane ingenium, sit facundia, sit ipse Apollo, quod precium, oro, apud Italiam, ne dixerim apud Europam, tertium orbis, habebit res Venetum cum Patavis, qui duo populi quota pars sunt italici orbis, in extremo sinu Adriatici maris, ubi Atheniensium gesta, Spartanorumque ac Dardanorum, et demum, ut plurimos memorabiles alios omittam, ipsorum Romanorum, qui magnitudine sua ceterorum facta oblitterarunt, gesta inquam tantis celebrata preconiiis vix lectorem reperiunt? Adeo tempestate hac in precio sunt egregia opera! Certe opus ipsum ad quod invitas, quantumcunque digestum, non in patria ipsa legeretur a quoquam. Si cui tamen cordi esset legere memorabilia facta ab ipso principio rerum ad hoc tempus, inveniet in quacunque materia splendida ac magnifica gesta, longe excellentiora nostris; ut cum pace tua loquar, inveniet scribendi peritiam in quocunque stilo, non attingendam certe mortali ingenio, nescio an superandam celesti. Quis enim, ut dogmatis nostri autores preteream, audebit in metro contra Virgilium scribere aliosque vates gentiles? Quis in soluto stilum equaverit Livio, ut multos vel pares, vel prope facundos sileam? Hii tamen quantum neglecti sunt, et tu nosti, et utinam non tam publice notum esset! Itaque contentus legisse que acta sunt, quorum si validus essem felix fortunatusque longe fierem, scribendi curam illis relinquo, quorum ymages lambunt hedere sequaces, ut Persius noster ait.

Sat. Prol. 5.

Queris demum subsidium contra obloquentes. Ad hanc autem rem nil video melius, quam ut supportetur eorum ignavia, qui cum satis superque circa privata occupati sint, ad publica

⁸⁶ *Ma*¹ dixi sane] *om. Ma*¹ ⁸⁷ apud Europam] *om. «apud» Ma*¹
⁸⁹ sinu] *Vi. M. L.* sunt ⁹⁰ ubi] *Vi.* ut ⁹³ *Ma*¹ *Vi* preconibus *L.* inveniunt
⁹⁴ hac] *Vi. messo dopo «precio»* ipsum] *om. Ma*¹ ⁹⁵ invitas]
*Ma*¹ inducere satagis ⁹⁵⁻⁶ legeretur a quoquam] plus detractationis quam laudis haberet *Ma*¹
⁹⁶ si cui tamen] at ardor *Ma*¹ esset] *Ma*¹ est *Ma*¹
memorabilia facta legere ⁹⁷ ipso principio] exordio *Ma*¹ *Ma*¹ temporis
⁹⁸ *Ma*¹ sublimiora nostris] *Ma*¹ presentibus ¹⁰⁰ certe] *om. Ma*¹ *Vat.*
superandum ¹⁰³ stilum] *om. Ma*¹ ¹⁰⁴ sint *Vat.* et tu] *Vat.* ut tu ¹⁰⁵ *Ma*¹
contentus itaque ¹⁰⁶ fierem] *Ma*¹ *da «quorum si»* *sostituiscé*: ad que sufficerem utinam
¹⁰⁷ *Vat.* hederes ¹¹⁰ *Ma*¹ huic rei melius] *Ma*¹ satius
*Ma*¹ eorum supportetur ¹¹¹ *Ma*¹ privatis negotiis.